

131
Perillustri Domine, Regiae Academiae Matricendis
Praeses Magnifice!

Impulsus desiderio attingendi ad Numerum benemeritosum de Arte
et litteris Virorum Regiae Academiae Madriti, misi Tibi Viri Illustris
per Tabellarium publicum proximè antecedentem, meam rogationem
conjunctim cum litteris Optimi Viri, Professoris Emeriti Dni Felicis,
quò familiarissimè hic utor.

Reitero nunc eandem ipsam rogationem meam, meque to-
tum commendo ac trado Tuae benevolentiae: cum autem me admo-
nuisset amicusissimus mihi D.^r Felix, quod scilicet, si humanitas
Vestra singularis me dignum existimabit summi hujus honoris quem
à Venerando Coetu vestro expeto, erunt utique faciendae quaedam
impensae in Cancellaria Secretarii Regiae Academiae, pro expedi-
endis litteris patentibus seu pro Diplomate perficiendo; quapropter,
cum habeam neminem mihi Madriti notum, statui ad Te Vir Illu-
stris refugium facere neque exorare, ut nempe vel Ipse
velis amanter supplere illis impensis et mihi significare Cui,
et quantum reddere possem Burgis, illam namque Civitatem
crastina luce, volente T. C. M. peto: Vel si hoc fieri nequit,
obtineas praecor hunc favorem à Domino D.^{re} Thoma Garcia:
fuebat, ad quem habui litteras commendatorias à suo Socero
conscriptas, speravi enim adire Matritum, illas hic includo
quas perlegere si plauserit poteris, ut nempe videas quanti
me faciebat ille Vir aetate et meritis venerandus, fuit ille
testis ocularis curationum, quas superiore anno Burgis
absolvi. Mitto D.^{ri} Thomae opusculum meum ut sic aucupet
suam erga me benevolentiam.

Se autem

Ne autem Tibi Vir Mastris mira appareat haece fiducia
mea, scias velim, me perbelè instructum esse de ingenuitate ex-
cellentis animi Tui, deque optimis indolis Tuae doctibus, quae commu-
nis et quodammodo propriae ac innatae esse videtur Viris bonis Arti-
bus instructis.

Vale, et mihi, pro Tua summa humanitate, quantum
licuerit, fave!

Humilissimus atque observantissi-
mus famulus.

Christus Nobilis à Leukowicz
Med. et Chir. Doctor, Artis Obste-
tricæ Magister. Reginae
Academiae Chirurgicae Varsaviae
sis Professor Honorarius.